UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij & || Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e || XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.

Eck, Johannes
Karlstadt, Andreas

[Erfurt], 1519

VD16 E 320

Die Jouis que erat. 14. Julij incepit Carolosta: [et] quasi prioribus coronidem imposuit hora fere Octaua post finita[m] dissertione[m] Ecckij et Martini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32477

Visual Library

Diſputatio Secūda .d.docto. Eckij et Andree Caroloſtadij.

Caroloſtadius incepit et adiecit quedam vt ſciatur que materia habita ſit precipua inter conflictum.

Die Iouis que erat.14.Iulij incepit Caroloſta: ꝛ quaſi prioribus coronidem impoſuit hora fere Octaua poſt finitā diſſertionē Eckij et Martini.

¶ Priuſq̄ in alterū diſputatiōis gradū deſcendamꝰ. ſubijciende ſunt cōcluſiones quas d.d. in exordio noſtri certamis prelegit. vt intelligant Iudices hodie electi: dn̄m .d. extranea et impertinentia poſuiſſe. nec aliquā vulneraſſe concluſionē. et demū iudicent cōcluſiones meas firmas et regulis fidei conſonantes. ſunt ergo iſte. Caroloſta:

¶ Liber arbitrante gratiam per ſpiritū ſanctū infuſam. nihil valet niſi ad peccandum. ꝛc. hec vndecima. Duodecima.

¶ Immo voluntas noſtra que non regitur a diuina voluntate. tanto citius appropinquat iniquitati. quāto acrius intendit actioni. Et decima quarta.

¶ Dominus Iohannes non videns quomodo bonum opus ſit totū a deo. et dei opus ꝛ cetera in qua concluſione non eſt poſitum monſtrum quod aluit doctor. videlicet non Totaliter totum. Reſtat iam diſputanda tertia decima concluſio. Que eſt. vt d.d. cum ſua maxima ſuorum diſputatorum poteſt facere quod in ſe eſt id eſt obicem et impedimentum ad gratiam tollere ꝛc. ego defendam et probabo. quod facere quod in ſe eſt. eſt peccare. malefacere. deo diſplicere. mentiri. ſe iactare ꝛc.

¶ Admonitos velim iudices noſtros. vt ob id ſciant me auctoritates ſanctorum ex libris legiſſe. vt intelligant niſi ſecundum me pronunciauerint ſe iudicaturos contra eccleſiaſticos.

Eckius.

¶ Eckius arbitratur iudices etiam legiſſe eccleſiaſticos docto: ſed aliam habituros intelligentium q̄ d. Carolo: Nam ego eoſdem adduxi. Reſtat iudicibus vter rectius intellexerit.

Caroloſtadius.

¶ Intelligent iudices d. Eckium contra ſe intellexiſſe d. Eckium.

Die.14. hora ſecunda incepit. Eckius De obice diſputare.